



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Abdiae Babyloniae Primi Episcopi Ab Apostolis Constitvti,  
de historia certaminis Apostolici, libri decem**

**Abdias <Babylonius>**

**Coloniae, 1576**

**VD16 B 5299**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45288**

suum dixit allusisse versiculo Psalmi. Postremò cuidam inclusæ, pro hoc ipso triduanū agenti ieunium, à Domino idem reuelatum est. Legatur igitur absque omni scrupulo hæsitationis, quod tam certis argumentis verum esse probatum est: quia omne dubium Spiritus sanctus aboleuit. Quo modo autem de Iudæa Treuerim venerit, sicut in historia Treuerica, & in monumentis Sylvestri Papæ Romani legi, miracula quoque eius subsequenter edisseram.

## P R A E F A T I O.

**R** Euerendissimo Domino suo, Ecclesiæ Sancti Eucharÿ Treveris, Abbatij verè dignissimo, humili Leuita, omnium fratrum illi commissorum ultimus, debitæ subiectionis deuotum obsequium.

Cum verbo simul & opere præpolleas, pater beatissime, plurimos à levitate sæculari retractos theorice clauistro societati, ex quibus inspeciatius illud tuæ solitudinis studiū impendi-

pendisti. Attestantur ipsis tua instan- Cuius impul-  
tia cottidiana ammonitio, correptio. sit scripserit.  
Quam licet ex iuuenili leuitate non  
satis libenter excipiam, ex qua tamen  
pietate prodeat, cum mentem a vani-  
tate recolligo, non ignoror. Illud quoque  
praterire non debeo, quod me lectio-  
ni instare iugiter præcipis & horta-  
ris, ne scilicet ociosum inimicus inue-  
niat, ne murmurando mentem occu-  
pet, ne detractio in lingua deseruiat,  
ne manus operi quod ad rem non at-  
tinget, insistat. Præcipit igitur beatitu-  
do tua, ut vitam beati Matthiae Apo-  
stoli, ad cuius ossa dignè præsides, ab  
Hæbraico volumine, qui Damnato- Quale studiū  
rum intitulatur, quod in eo contra le- debeat esse  
gem agentium iudicia contineantur, præfulunt.  
exceptam, latius exponerem, secun-  
dum indagatam auido, vel potius ex-  
tortam omnem rei veritatem. Quod  
ego, licet audaciæ meritò denotet, fe-  
ci tamen, ut potui. Proinde licebit,  
alij

330 HISTOR. SANCTI

alij latius, tum eloquentius explana-  
re stilumq; rusticum lima urba nade-  
centius expolire. Dominus te in colu-  
men nobis custodiat, pater charissime:  
Amen.

GESTA SANCTI  
MATTHIAE APO-  
stoli.

Patria.

B. Matth.

Parentes

Apostol.

Deo homini

busque grati

Matth. ety-  
mologia.



Gitur gloriofissimus Apo-  
stolus Domini nostri Iesu  
Christi, Matthias, de tribu  
Iuda, ciuitate Bethlehem,  
illustri prosapia oriundus fuit. Pa-  
rentes autem illius cum multis diu-  
nitatis & nobilitate generis insignes, tu-  
rum venustate pollebant. Vnde verè  
illis diuinitus concessum fuisse cre-  
ditur, ut religiosi parentes, religiosior-  
rem ex se filium procrearent. Natum  
itaque puerum Mattheiam, quod in  
nostra lingua Dei parvus, siue dona-  
tus, sonat, nuncupauerunt: quem tum  
ab annis puerilibus diuinæ legis in-  
stitutionibus statim manciparunt.  
Ad pedes namque Simonis, summi &  
incom-